I. N. J.

THESES

quas

Divina assistente gratia,

et

Max. Ven. Cons. Ecclesiastico adsentiente

miti bonorum censuræ

offert

NICOLAUS PETRUS MÜLLER,

V. D. M.

Die XII Nov. MDCCCXXXI.

LONDINI GOTHORUM,
Typis Berlingianis.
MDCCCXXXI.

Thesis I.

Exempla non desunt, Græcos Pronomen Relativum loco Interrogativi usurpasse. Etiam apud Matthæum Cap. 26—50 invenimus tale exemplum, ubi occurrunt hæc verba: *εταιρε, εφ ο παρει;* quæ recte dabuntur per: quid est, quod adsis?

Th. II.

Verba Johannis Cap. 14—7. *και απ αρτι γινωσκετε αυτον και εωρακατε αυτον* — non bene a celeberrimo Kuinœl dantur: eum mox accuratius cognoscetis, et quasi oculis videbitis; quoniam vix exemplis illustrari potest Tempus Præsens conjunctum cum Perfecto in significationem Futuri transire. Quare melior forsan habenda est hæc explicatio: inde ab hoc tempore melius illum cognoscitis et illum vidistis.

Th. III.

In N. T. haud raro loca invenimus, ubi Auctores sacri ab oratione indirecta in directam mox transgredi-

untur. Inter illustriora exempla afferantur verba Lucæ Cap. 5—14. *και αυτος παρηγγειλεν αυτω μηδενι ειπειν. αλλα απελθων δειξον σεαυτον τω ιερει* &c. Vulgo hunc locum per *Ανακολουθον* explicarunt, sed melius forsan per ingenium et vivacitatem loquentis explicabitur. Idem Auctor in Actis Apostolorum eadem utitur constructione verborum. Act. 23—22. comp. 23 et 24 Act. 1—4.

Th. IV.

Verba Paulina Epistolæ ad Romanos Cap. 8—23. *απολυτρωσιν του σωματος ημων* recte, me judice, explicantur per apposita ad vocabula antecedentia *υοθεσιαν. απεκδεχομενοι.*

Th. V.

Quamvis moralitas hominis neque ex indole ingenii neque ex educatione pendeat, utraque tamen magnam vim in eam exercet.